

eisdem Sindico et Procuratori plenum et liberum et generale mandatum et administrationem inquirendi tractandi faciendi compendi ordinandi et firmandi super pace concordia et Treugua predicta facienda inter dicta Communia dum tamen sit de consensu consilio et voluntate Fratris Bonaventure de Yseo et Fratris Peregrini ambo de Ordine Fratrum Minorum et generaliter in omnibus et singulis que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum necessaria ut utilia videbuntur promittentes nomine et vice totius Comm. Bon. firmum et ratum habituros quicquid per dictum Sindicum Procuratorem factura fuerit in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum dum tamen fiant de consilio consensu et voluntate dictorum Fratrum ut dictum est sub hypotheca et obligatione omnium bonorum dicti Comm. Actum in Palatio Ueteri Comm. Bon. in Camera dicti d. Pot. presentibus d. Raynero de Curte (1) iudice d. Capitanei. d. Gulielmo Ortica not. eiusdem. d. Michaele de Fabro. Gerarducio Christiani bannitore Comm. Bon. et Rolando Lambertini nuncio dicti d. Capit. testibus gratis et vocatis. Ego Petrus quondam Petrizoli Tanchredi not. Imp. et nunc not. d. Pot. scripsi (2). Quod ex virtute et potestate per ipsam cartam Syndicatus supra concessa a predictis ex voluntate et assensu predictorum Fratrum Bonaventure de Yseo et Pelegrini de Bon. ibidem presentium constituentium et volentium et eos cum auctoritate ad se interponendum (3) remissis omnibus dampnis offensis et inimiciis, quo cumque modo factis et datis a Comm. Ueneciarum sive a singulari persona vel singularibus personis de Ueneciis Comm. Bon. vel singulari persone vel singularibus personis de Bon. et districtu tam de pecunia accepta alicui singulari persone de Bon. per Comm. Uenec. vel eorum debitoribus de Comitatu Uenec. quam de aliis quocumque modo occassione istius guerre datis et factis ita quod ipsa occasio (4) nullo unquam tempore per aliquem Pot. vel Comm. Bon. seu per aliquam

(1) Nel MSS. nostro: *Raynero de Carlo.*(3) MSS. nostro: *et auctoritatem eo-*(2) MSS. dell' Arch. nostro: *nunc not.**rum ad hec interponentium.*dni *Potestatis Bononie* scripsi ss. ss.(4) Nel MSS. ven.: *ita quid ipsa occasione.*